

87

magneticas BE, GF. H. fig: LXXX.  
ac I, MN, KL collocetur, atque  
per longius tempus in situ isto qui-  
ete relinquatur. Postquam jam pe-  
rfecta sunt ista, magneti armatura  
denuo jungatur, tumque adhuc vir-  
gis binis fortioribus BE ac GF  
fig: LXXXI. in directum positio;  
utroque armatura sua pede ad-  
moveatur, inque situ isto per ali-  
quot horas relinquatur, augeri  
enim exinde vim ipsius adhuc  
notabiliter, theoria docet, & ex-  
perientia testatur. Plura eaque  
partim notata non indigna,  
atque nova de methodo magne-  
tum naturalium vires augendi,  
dicenda habeo, quae vero infra  
commodius exponi poterunt.

